

Aduertencias para

excepto die Dominico Pasche: sed deferre so-
 leminter in domos infirmorum prohibetur,
 & Siluester Excomu. 14. dub. 3. intelligitur
 stando in iure communi. Ino si Parochus abesse
 possit Religiosus deferre Eucharistiam idest
 viaticum infirmo Indo, vel Hispano iuxta Do-
 ctrinam Hostiensis Innocentii, & Ioannis An-
 dree, & Angeli. Quia necessitas caret lege: &
 sic non agitur religiosus contra Clementinam.
 Quia non est presumendum in tali casu vo-
 luisse praesertim matrem Ecclesiam impedire via-
 ticum in articulo nec in articulo extremam: quicquid
 dicat Dilectissimus Siluester, vide infra, nu. 25.
 & ver. Familiars. Et Pater Emanuel. q. cit.
 art. 5. hoc idem docet dicens, quod quantum attinet
 ad periculum mortis, si Parochus non adsit, &
 necessitas vigeat non est dubium, quia possit sim-
 plex Sacerdos hinc viaticum dare, siue sit Reli-
 giosus, siue non: quia cum iure communi conceda-
 tur simplici Sacerdoti absente Parocho confi-
 teri existente in articulo mortis, censetur etiam
 concessa communio in eodem articulo, argumeto
 eorum, quae dicuntur. c. Ea de Pe. & remis. in iu-
 re, vel ex praesumpta rationabili voluntate Pa-
 rochi vel certi Episcopi, vel Summi Pontifi-
 cis, si fortassis de Parocho iniqua voluntate
 excipio

constet.